



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Joannes Chrysost. Episc. 27. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

68 VITÆ SANCTORUM. 27. Ia
veritus structâ velut è flammis portio
ambit innocentem , nec jam lædit , se
tegit , suavissimum interim in adstante
odorem ejaculatus . Ad extremum gla
dio confossus sanguine ignem extinxit
nobili nimbo , & quem vel suis imbris
cælum præfert . Ex Surio .

Quando tu hodie in mundo constituta
& cras tribunali Dei præsentandus ande
blasphemiam proloqui ? & non metuis n
forte ignis de cælo descendat & te devori
tum os adversis omnipotentem aperis,
neque reveris ne terra sub te disrumpa
tur & te absorbeat ? S. Ephrem paran
83.

S. JOANNES CHRYSOST. EPISC.
27. Ianuarij.

CHRYSOSTOMUM laudibus suis
pingat alter Chrysostomus ; nos um
bram damus. Nondum Pontifex Byzan
tinus erat JOANNES , cùm in ejus con
spectum sè dedit Apostolorum Princeps
D. Joanne Evang. comite , & sanctio
ris potestatis ac magisterii indices claves
illi ac librum obtulit. Et verò quid mi
rūm , si hoc Doctore etiamnum orbis gau
deat , qui præceptorem magnum Pau
lum , imo eundem cum Paulo magistrum
Spiritum S. habuit ? Nam hunc obvo
litantem capiti suo , dum sacrī ope
raretur , conspexit ipse ; illum dum ad
men,

28.Ian. VITÆ SANCTORUM. 69
mensam scribere , assistere dictanti si-
milem alii etiam viderunt. Talis itaque
JOANNE S cùm urbe suâ hæreticos ,
& cum his vitia alia , ac blasphemiam
imprimis proscriberet , sanctæ liberta-
tis vindex acerrimus , æqui justique uni-
cus amator in odium Augustæ Eudoxiæ
incidit : nam JOANNE S imperii sui
etiam in Reges memo , templi aditu gra-
vibus ex causis profanam prohibuerat ,
& in statuam ejus , quæ propter tem-
plum choreis ludisque non sanctis cole-
batur , graviter detonuerat ; jamque se-
cundum exul in meliorem patriam cæ-
lum abiit , ad id à geminis , quos suprà
memoravimus , Apostolus & D. Mart.
Basilisco invitatus. Siluit itaque au-
reum hoc os anno post reparatam salu-
tem septimo supra quadringentesimum.

Ex Surio.

Tene sobriam religiosis virtutibus disci-
plinam ; sit tibi vel oratio assidua , vel
lectio ; nunc cum Deo loquere , nunc Deus
tecum ; ille te preceptis suis instruat , ille
disponat : quem ille divitem fecerit , ne-
mo pauperem faciet. S. Cypr. Ep. 2. ad
Don.

S. JACOBUS POENITENS.

28.Ianuarij.

H Ominis , mi lector , speculum ca-
pe & peccantis & poenitentis ,

E 3

J A-